

*Jàm novus exoritur Tibi Sol, moderante Jevovâ,  
Cujus Te lectâ conjuge dextra beat.*

*Hæc Tibi perpetuo conjuncta manebit amore:*

*Hæc Tibi curarum dulce levamen erit.*

*Hæc vigili studio curâq; domestica prudens*

*Disponet, senii scipio eritq; Tui.*

*Hæc Tibi reliquias faciet dulcescere vitæ:*

*Nec, nisi mors, solvet corda ligata fide.*

*Hæc Tecum mihi spes, hæc sunt communia vota.*

*Quæ etiam hoc addo, de venerande Parens:*

*Ut memorant, aquilam versis juvenescere pennis:*

*Viribus & vultu sic renovère Tuo.*

*Sed votis jungam junctos divinitus: omnes*

*Sint Vobis lati, sint sine nube dies.*

*Vivite felices longùm, seriâq; redite*

*In calum, quod Vos hoc animo esse dedit.*

*Quæ Domino Parenti magnis de nomi-  
nibus plurimum venerando,  
jàm tertium SPONSO,  
scribeb. Dresdæ*

*filius observantissimus,*

**ABRAHAM VECHNERUS,**

**Generosissimæ pullitici Le-**

**stianæ ab Informatione,**

